



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Conjunctio maritalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

erat. Et sub jugum mittere, qui superati essent, quique per vim sub Imperium devenissent, apud historicos frequentissimum. Constabat vero jugum ex hastis tribus, duabus quidem fixis, & alia in transversum ad eas alligata: sub his enim distinctos transire cogebant, inquit Festus, ubi distinctos intelligendum armis spoliatos. Hinc etiam mos apud Romanos fuit, ut nuptiarum capita cœlibari hastâ comerentur, propterea quod quæ nuberet, imperio viri subiceretur. Cœlibarem autem hastam vocabant, quæ in corpore gladiatoris abjecti occisique stetit.



Jugum militare.

Hastâ cœlibaris.

CONJUNCTIO MARITALIS.

CAP. XXVII.

Adum vero nonnulli conjunctionem maritalem hieroglyphicum id significasse, ut quemadmodum hastâ ipsa in corpore gladiatoris hæssisset, conjuncta quæ fuisset, ita debere sponsam viro conjungi, ut quod nostræ monent Divinæ literæ, duo sint in carne sua. Alii boni tantum omnis causa factum autumant, ut vota hinc ostenderentur, fore ut viros fortes genituræ essent.

De hastâ qua homo occisus sit, mira Plin. l. 28. c. 4.

DII CAP. XXVIII.

Præterea, ut Justinus ex Trogo memorat, ab origine rerum pro diis immortalibus veteres hastas colere, ob cujus religionis memoriam hastæ adhuc, ait ille, deorum simulacris adderentur. Quinetiam simplex baculus surrectus apud Ægyptios divinitatis hieroglyphicum fuit. Atque hoc illud est, quod Pædianus ait in Divinationum commentario non placere sibi eorum opinionem, qui delubra exilliant ligna delibrata, id est, decoriata, pro simulacris deorum more veterum posita. Id fieri solitum à veteribus Cyrillus inquit, quod natura divina nullo modo neque dejici neque labefactari potest, sed inconcussa firmaque suo robore communiat, sustinereque omnia & omnium fundamentum esse perhibetur. Sed ut ea etiam, quæ ad ineptias usque facta sunt in hoc genere commoremur: Alexander Pherus hastam, qua Polyphranem avunculum interemerat, consecravit, additis etiam corollis, ei tamquam Deo rem divinam fecit. Tantum vero hastâ à veteribus tributum est, ut sceptrum illud Agamemnonis, multorum Regum successione apud Homerum celebre, Chæroniæ Bœotiæ populi divinos illi honores meditati, quo cultus ejus fieret angustior, Hastam appellarent. Colebant vero illud uti numen singulis diebus hostiis à sacrorum antistite immolatis. Cui etiam (tanta fuit hominum vefania) menta variis instructa carnibus parabatur, omniformiumque placentarum libis referta semper adstabat. Jam & Ceneâ illum, quem ex fœmina in virum à Neptuno commutatum Græci fabulantur, primum omnium ajunt comites suos jussisse per hastam suam jurare. Unde mox proverbium, Hastâ Cenei, de quo apud interpretem Apollonii, & alios, Argonauticis, plura reperias.

De delubris Macro. lib. 3. c. 3.

Hastâ à veteribus tributum. Ovid Met. lib. 12.

τὸ κενεῖος δόγῳ.

DII PENATES. CAP. XXIX.

ET Penates, qui apud Romanos tanta religione colebantur, armatos, hastatos quippe fuisse, memoria proditum est. Dionysius enim duos ait adolescentes fuisse militari habitu, & vetusto opere, qui sederent, & pila in manibus tenerent, cujus rei testimonium titulus subesset, DII PENATES. Eos Nigidius putat esse Apollinem & Neptunum, quod in Apolline calor & ariditas, in Neptuno humor & frigus intelligatur, quæ nostræ compositionis principia perhibentur. Et quoniam Penatibus magnorum deorum cognomentum attributum est, unde Maronianum illud:



A Macro. lib. 3. cap. 3. Saturn.

En. lib. 8.

Cum sociis natoque, Penatibus & magnis diis,

Xxx

erudi.